

In Librum Esther

mo mentio eius rei fiat, cum de nece
hostium Judaici nominis Sufis narratur.
Repetitio est enim & veluti summa eorum
quaæ ante contigerant.

Ulro quidem fatetur stylum Græci Interprets aliquando, in iis maximè que
de suo ingenio inscrenda ad ornamentum
historie cœnfit, cultiore esse & elegan-
tiorem, quā pro more cœterarum Ver-
sionum literalium Sacrae Scripturæ. Sed
namquid propterea totum Opus ad fabel-
las amandandum, ejusque additamenta
non nisi humani ingenii fortis habenda-
funt? Quædam interdum occurunt (k) ex
Hebræo satis manifeste derivata, stilum
que referunt Hellenistarum, & gustum Sa-
crorum Scriptorum, qui in periodis, qua
in phrasibus expressum. Nec monstri lo-
co habendum est, Assuerum Deum Israe-
lis obseruasse, cum non minus de illo re-
ligiosè locuti sint Nabuchodonosor apud
Daniëlem (l), & Cyrus apud Esdram (m). Plura sanè oculis Regis Persarum ob-
soluta fuerant Divina potentia documen-
ta, quibus ea edoceri deo, que in suo
edicto satetur, potuisset. Quin & illud ju-
re meritoque asserendum nobis videtur,
Mardochæus, quo auctore editum illud
prodidit, nec à debita in Regem observan-
tia recessurum se quidquam credidisse,
neque contra Regis voluntatem acturum,
si pios item & obsequi plenos in Deum
senus exprimeret. Quæ ad genus Ama-
ni è Macedonibus relatum, queque ad
confilium ipsius transferendi Imperium Per-
sarum ad Reges Macedoniae pertinent, sa-
tis alibi discussa sunt (n).

Assueri editum Persis omnibus obser-
vantiam Festi Sotium edicens, non ad reli-
gionem, sed ad politiam pertinebat. Sum-
ma enim felicitatis loco habendum erat, ab
Amani tyrannide viri superbi & impoten-
tis imperium relevari. Quod autem prodigio-
sa quadam & mira in historia vel Sacra
vel Propheta continantur, nunquam adeò
valuerunt, ut falsitatis suspicionem in histo-
riæ crearent. Actum esset enim de cer-
tissimis & assertis quibusque Historiis, si
illis reiciendis prodigiosa aliqua sive mi-
riæ continens narratio fatus haberetur.
Quid tunc fieret de historia Josephi Pa-
triarchæ, Moysi, Saulis, Davidis, aliisque?
An Mardochæus apud Esdram idem sit
cum nonnullis, ambigimus. Fac autem esset:
quid inde? Nonnulli ante triennium à se-
cunda Tempri Jerosolymitani dedicatione
in tantam fortunam Esther devenit (o).
Potuit autem Mardochæus Jerosolymam
se contulisse sive ante, sive post obtenu-
tam supremam dignitatem, ac deinde Su-
fas repetuisse, ubi fatus functionem creditum.
Ulro quidem concedimus, nec Esdram
neque Jesum filium Sirach, neque Authors
Librorum N. T. mentionem ullam de
historia Esther intulisse. Sed que inferen-
di necessitas? In 2. Macchab. 15. 37. sermo
est de die Mardochæi, nempe de Feste Sotium.
Porro Festum illud post eventum,
de quo in Libro Esther, institutum, ac dein-
de tempore apud Judæos religiosè servatum,
pro veritate ejusdem historie argumentum

k Vide Esther. 14. 11. N. tra-
das sceptrum tuum bis, qui
non sunt. Et
cap. 16. ubi
paramythia
usurpat pro
ulione. In
examen etiam
revocadus est
filius oratio-
nis Mardochæi
& Esther.
l Dan. 2. 47.
C. & 3. 65.
96.
m 1. Esdr. 1. 2.
3.
n Esther 16.
10.

o Templum
dedicatum est
A. M. 349.
E. convivium
Assueri inci-
dit in A. 346.

est apertissimum. An forte Festum aliquod
institutum ad fabella alicuius memoriam
in posteris perennandam? Si Dei nomen
nupsiam in Exemplaribus Hebraicis legi-
tur, id casui tribuendum est; cum alio-
qui tota narrationis series luculentissimos
divinitatis & veritatis characteres exhibe-
beat; quin & venerabile illud nomen, fin
minus in Hebreo, certè in additionibus
in calce Operis appositis, quas canonicae
recipimus, sibi repetitum est. Ra-
ri tandem Scriptores illi, qui in cœnu Sa-
crorum Librorum Esther non retulerunt,
quid valeant adversus testum phalangem,
quam nos in favorem Operis produximus;
quibus accedit unanimis Judæorum & Chri-
stianorum fere omnium consensus, veri-
tatem historie ejusque autoritatem agno-
scens? Quorundam Patrum ambiguus est ad-
versus tot sapientissimorum virorum ex-
pressum assertamque autoritatem.

De auctore hujus Operis non satis con-
venit. Sunt qui Esdram statuant (p). Es-
dræ recentiorem autam Eusebius; quis
tamen iste Author recentior, sicut Pseudo-
Philo Judæus in Chronico, tradit Joachi-
mum summum Sacerdotem Judæorum fi-
lium Jofue Opus illud rogante Mardochæo
suscepisse. Magnæ Synagogæ tribuunt Het-
brorum plures (q). Constat autem con-
fecto Canone Judæorum vetustiorem esse
librum, cum in eodem continetur. Por-
rò Canon illante obitum Esdræ, regnante
Artaxerse Longimano, absolutus est; qua-
re sive Esdras sive magna Synagoga Author
Operis statuatur, nihil prohibet. Plerique
tamen Criticorum (r) autantum, Mar-
dochæum ipsum quæcumque se possi-
mum auctore gesta sunt, scribenda suscep-
isse. Huic sanè una cum Esther tribuendam
constat Epistolam ad omnes undique
Judæos missam pro Feste Sotium celebra-
tione (s). Porro Epistolam illam, leviori-
bus quibusdam adjectis, Librum confice-
re, ex lectione cap. 9. Esther satis intelli-
gimus. Jure igitur Esther & Mardochæus
Libri hujus Authors potissimum habentur.

Potissimum, inquam, nonnulla enim in
Opera occurunt, quæ sanè ab Epistola
Purim aliena, & recentiori manu adjecta
constat; ut illud (t): Suscepunt Judæi in
sollemnem ritum cuncta, que eo tempore fa-
cere cœperant, & quæ Mardochæus literis
facienda mandaverat Atque ex illo
tempore dies isti appellati sunt Purim, id est
fortum, in quo Phur, id est Sors, in ur-
nam missa fuerat. Quaque sustinuerunt,
& deinceps immutata sunt, suscepunt Ju-
dæi super se, & super femen suum, & su-
per cunctos, qui Religioni eorum voluerunt
copulari, ut nulli licet duos hos dies absque
solemnitate transfigere, quos Scriptura te-
statur, & certa expeditum tempora annis sibi
jugiter succedentibus. Verba illa & cœte-
ra deinceps in Textu Hebreo ad exitum
usque Libri adjecta, esse veluti epilogum
Epistola Esther & Mardochæi, ut Episto-
la Libri forma daretur, nemo sane non
videt. Ibi de Mardochæo, tanquam de
viro extraneo agitur; Epistola Sotium

lau-

u Esther 9. 20.
23. 26. 32.

laudatur, simulque insinuat majorum
Operis partem ex illa constare [u]. Tan-
dem ad Annales Regum Persarum & Me-
dorum provocatur, ut certum haberi pos-
sit testimonium de gloria, autoritate, &
potentia ab Assuero in Mardochæum col-
latis. Huic igitur, quicumque tandem es-
set, Authori vetera suppeditant monu-
menta, eoque scribebat tempore, quo &
Epistola Purim, & Annales Persarum intacti
adhuc servabantur. Quare sin minus co-
va scriberet, certè tamen ex probatissi-
mis monumentis Esther & Mardochæi ga-
tae scriptis, que literis mandaret, excep-
pebat; ut nihil prorsus illi desuise autho-
ritatis constaret, etiamque suo tantum mar-
te, & non Dei Spiritu afflatus scribere-
ret. Rerum, de quibus in hac Historia, ge-
storum tempus crucem figit Eruditus. Ma-
lunt ali ante solutam captivitatem con-
stituere; alli post solutam. Harum etiam
opinionem Authors in variis abeunt senti-
entias; sunt (x) enim qui Assuerum hunc
Scripturae ipsum credant Alyagam patrem
Darii Medi (y), sive Darium ipsum (z).
a Harduin. 2. Harduin
Chronol. V. T.
pag. 10.

x Mercator. in
Chronolog.
y Vide Jos-
eph. Antiph.
lib. 10. cap. 12.
z Ita Cedren.
a Harduin
Chronol. V. T.
pag. 10.

p Epiph. de
Ponder. &
Mensur. Au-
gustus. Au-
gustus. Civit.
lib. 8. cap. 36.
Ifford. Origen.
lib. 6. cap. 2.
q Talmud. ſſa
in Baba Batra
cap. 1. Rab.
plures. Vide
Huet. Demon-
ſtr. Evang. pro-
pos. 4. de Libro
Esther. art. 2.
r Clemens
Alex. lib. 1.
Strom. Aben-
ezra. Abraha.
Sapiens. Bon-
frer. Serar. &
alii.
s Esther 9. 20.
23. 26. & 11.
t. & 12. 4.
Scriptor Mar-
dochæus omnia
bas, & lite-
ris comprehen-
sa misit ad Ju-
dæos &
suscepunt
Judæi in so-
lemnem ritum
cuncta, que
Mardochæus
literis facien-
da mandave-
rat Cun-
cta, que gesta
sunt, Epistola
id est Libri
bus vol. con-
tinetur.
u Esther 9. 23.
26. &c.

Prolegomenon.

301

tributariam reddidit Babylonem, fatis jam
b Hebr. in Se-
functis Nabuchodonosore & Balthasar. der. Olam. Ge-

Qui post solutam captivitatem historiam
illam revocant, ali quidem Assuerum hunc
Vatab.

(b) confundunt cum Cambyses, alio nomi-
ne Assuero, sive Artaxerse, qui ædifica-
tioni Templi Jerusalem intercessit (c). &c.

Ex illo parente statuunt Darium, qui an-
no Regni secundo intermissam Templi edi-
ficationem permisit (d). Alii Xerxes ma-
lunt (e); aliis Artaxerxes Longimanus.

6. Drus. in
Esther 1. Cal-
Orbum [b]. Recepit tamen hodie opinio
vifus Sikard.

Darium Hyrcanus tenet [f]; ad cuius æta-
tem vitam prorogasse potuit Mardochæus,

una cum Jechonia in captivitatem Baby-
lonicam deductus (k). Stetisse Templum
sub Esther satis constat ex cap. 14. 9. In uni-
versa ditione Assueri frequentissimi erant

Judæi pariter & Israélites, omnes Regio
favo pollentes, ex quo Esther & Mar-
dochæus ad Summas dignitates evenerunt.

In Aula hujus Principis nihil non Per-
sarum in dolo referunt. Hisce conjecturis
de ætate hujus historiæ indicium capien-
dum est, omnesque Regno Darii Hyrcanus
filium esse Cyaxaris, & fratrem Alyagis
Medi, qui Persidem universam subegit, &

Petav.

g Euseb. Chro-
nic. Beda Hie-
ron. in Ezeb.
4. & in Dan.

8. Sulpit. lib.
2. His. Sixt.
Sen. lib. 8.
Bibl. alii.

h Serar. in Es-
ther. Gordon.
Chronic.

i Rab. Salom.
Abenezra Lyr.
Fezard. Ti-
rrini. Cornelius
Bonfrer. Uffer.
Lancellot.

Nos etiam
hanc prætuli-
mus in Com-
mentariis.

k Esh. 2. 6. II.
4. & ult.

DISSENTATIO
DE RE MILITARI VETERUM
HEBRÆORUM.

QUÆ hodie contempta ja-
cet & despœta Judæorum
gens, olim potentia, virtus-
te, arque rei militaris pe-
nitentiæ bellissimos omnes
per orbem populos vince-
bat. Sive enim bellorum
multitudine spectetur, sive devictorum ho-
stium potentia, sive copiarum numerus, sive
tam hostium quam peculiares illorum vires,
rarus erit populus, qui Hebræorum gloriæ
non concedat. Plura in Istræ anterior ætas
spectavit virtutis roborisque specimenia,
plura impavidæ cordis facinora, plura exem-
pla sapientiae simili, & prudentiæ,
quorum memoria multo sanè dignior est, ut
cedro tradatur, quam quæ de aliis popu-
lis vetusque celebrante ad posteros trans-
missa sunt. Quin & historie fortiter ab il-
lis strenue facta narrantes, ed ceteris He-
breorum historiæ præferendæ sunt, quod mul-
tò præ illis certissime sunt, multoque absint
ab assertationis, erroris, ignorantiae, tum
& exaggerationis suppositione. Neque enim
sive Romanenses fabule sive Herorum poe-
ticæ commenta in illis narrantur. Vanos
triumphorum titulos non jactantia hic &
populorum assertatio, sed res fortiter ge-
ta contruit; procul Urbium & Provin-
ciarum prædones, quibus gerendi belli

Validi He-
braorum ex-
ercitus. Quicum-
que talia de Judæis opinaretur, ille cer-
tè longissime à vero aberraret. Eos enim
scribent exercitus Hebrei, quos Græci
nunquam, nec Romani. Potentissimis
quibusque Asia Regibus populisque sive
copiarum numero, seu virtute nihil con-
cedebant; quin & superasse illos aliquan-
do, ingentibus de his omnibus relatis vi-
ctoriis, vici sunt. Abia Rex Juda exerci-
tum aduersus Jeroboam Regem Israel
duxit 40000. viris instrutum, cum vicissim
Jeroboamus sub armis haberet 80000.
commissaque inter eos prælio ad 50000. a Vide 2. Par.
è militibus Jeroboami casi sunt [a]. Pha-
ce filius Romeliae (b) Rex Israel unius b 2. Par. 28. 6.
dicí